

ne nos inescet & subigat; carnem ex anima & mortifica, ne spiritum pelliciat & decipiatur. Confige carnis tumorem, crucifige mundi amorem, coerce Diaboli furorem, ne a regno cœlesti excludamur, sed ipsius eterna gaudia ex benedictione tua gratitudo adipiscamur. Hec promisisti Pater misericordissime, bac meruisti Fili innocentissime, bac confirmasti Spiritus potentissime: Ingrediemur ergo, adipiscemur & fruemur. Amen.

SYLLABUS AUDIENDORUM.

TOBIAS Schudelerly Hoiersvverdâ Lusatus, causas adferet, cur Christus a Diabolo sese tentari passus sit.

CHRISTOPHORUS Hartmann Camentiâ Lusatus, postquam anno M DCLXIV. d. 3. Jul. ad nos venerat, egregio Rectoris ibid. Dn. M. TOBLÆ Freygangs testimonio instructus, quod difficultate ingenii & aliarum domi molestiarum varietate pertinacissimo animi labore superatis ejusmodi facultatem a labore continuo mutuatus fuisset, ut scolæ precepta & monita fideliter auscultando & facile intellexisset, & intellecta ad usum salutariter & promptè traduxisset, fidem postea huic testimonio fecit, & Psalmum XXXIV. carmine Latino Elegiaco & Germanico Trochaico transpositum, post orationem Latinam de Verbo caro-facto, in anno præcedenti Psaltri. XLVII. carmine & quoad linguam & quoad metrum triplici, & post quatuordecim dies Græcum sermonem de Extremo die mundi publicè exhibuit, jam valedicturus & de Tentatione dupli, Divinâ & Diabolicâ, peroratus est, cui nos gratiam & benedictionem divinam apprecamur.

TOBIAS Opiz Budissâ Lusatus Psalm. LI. Elegiacò Latinò a se versum recitans concludet.